



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 59. Reginae edictum adversus Catholicos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

licorum domos non tam illos imbuendi, ac folandi, quam ad feditionem, & rebellionem animandi studio, necnon perniciofa confilia non fine funefli mali periculo inflillandi animo accelfiffe infimulabantur.

Sæcul. XVI.
A. C. 1580.

§. LIX.

Reginæ edictum aduerfus Catholicos.

Quamprimum falſi hi rumores ad Elizabethæ Reginæ aures pervenerant, mox illa convocato Senatu ſuo die decima quinta Julii edictum promulgari juſſit, vi cujus omnes, quorum proles apud Ultramontanos agerent, earum nomina inter decem dierum ſpatium indicarent, illasque infra menſem revocarent, atque illarum adventum Magiſtratu ſignificarent: inſuper præcipiebat, ut Parentes ejusmodi liberis, ſi ad regnum reverti renuerent, nullo pecuniarum ſubſidium nec per ſe, nec per alios ſubmitterent: demum vero omnibus, & ſingulis inſubuit, ne ullos cujuſcunque conditionis forent, Sacerdotes hoſpicio exciperent, aut ad Jeſuitarum, vel illorum, qui ex Romano, Duaceniſi, & Rhemenſi Seminariis advenerint, ſuſtentationem quicquam conferrent, tranſgreſſores vero hujus legis tanquam læſæ Majeflatis rei puniri jubebantur: cum vero plu-

Tuan 1. c.
Ravin 83
Sander. J. c.